UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiu Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Theoni Episcopo. 260.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71898

Visual Library

lætitiæ cauſam tibi allaturus eſt. Siquidem pro certaminum huius vitæ ratione, virtutis quoque coronæ nectuntur.

Theodoſio Presbytero. 259.

Apud homines par culpa eſſe videtur, iis, à quibus beneficium acceperis vicem non rependere, & hoſtes minimè vlciſci. At apud diuinam philoſophiam illud quidem obtinet vt benè de nobis meritos remuneremur: at non item illud, vt iniurios vlciſcamur: verùm omnino quidē patientiam adhibeamus: ſi autem fieri poſſit, eos etiam beneficiis proſequamur.

Theoni Epiſcopo. 260.

Quemadmodum fortis & humanus rex legibus cum armis coniunctis omne contumeliæ ac petulantiæ ſtudium profligat, eos nimirum qui legum auditioni morigeros ſe prębent, citra pœnam ad officium reuocans, eos autem, qui pręfracto & contumaci animo ſunt, vi atque armis coercens: eodem modo pius ac manſuetus ſacerdos legibus metum adiungens, atque imperium lenitate condiens, omne improbitatis ſtudium, quantum quidem in ipſo ſitum eſt, fugat: eos nempe ſubditorum, qui ſermonibus cedunt, ſermonum ope atque adiumēto curans, eos autem, qui pertinaces, & immorigeri ſunt, legitimis animaduerſionibus eò, velut porrecta manu, ducens, vt poſthac minime peccent.

Zoſimo Presbytero. 261.

Etſi nec homines erubeſcis, nec famæ atque exiſtimationis rationem vllam habes: at eam tamen, quæ huiuſmodi flagitia diuinitùs conſequitur, pœnam fac pertimeſcas. Quāquam enim ea in præſens moratur atque conquieſcit (ad pœnitentiam ſcilicet inuitans) tamen aliquāto poſt, eos, quos ne tanta quidem benignitas vllo pudore commouerit, acerbiùs perſequetur. Ac multi ne in hac quidem vita inuictam illam manum effugerunt, verùm eiuſmo-

θυμηδίας περίξενος γενήσεται. ἀναλόγως γὰρ τοῖς ἐνταῦθα ἀγῶσι, καὶ οἱ τῆς ἀρετῆς πλέκονται στέφανοι.

Θεοδοσίῳ πρεσβυτέρῳ. σνθ.

Παρὰ μὲν ἀνθρώποις ἴσον εἶναι δοκεῖ τὸ εὐεργέτας μὴ ἀμείβεσθαι, καὶ ἐχθροὺς μὴ ἀμύνεσθαι. παρὰ δὲ τῇ θείᾳ φιλοσοφίᾳ τὸ μὲν ἀμείβεσθαι τοὺς εὐεργέτας κρατεῖ. τὸ δὲ ἀμύνεσθαι τοὺς ἐχθροὺς οὐχί, ἀλλὰ παντὶ μὲν τρόπῳ τὸ ἀνεξικακεῖν, εἰ δ' οἷόν τε καὶ εὐεργετεῖν.

Θέωνι ἐπισκόπῳ. σξ.

Ὥσπερ ἀνδρεῖος καὶ φιλάνθρωπος βασιλεὺς τοῖς νόμοις τὰ ὅπλα μίξας, πᾶσαν ὕβρεως μελέτην τρέπεται. τὸ μὲν τῇ ἀκροάσει τῶν νόμων πειθόμενον, δίχα κολάσεως ἐπιστρέφων. τὸ δ' ἀνήκοον, τῇ διὰ τῶν ὅπλων ἀνάγκῃ παιδαγωγῶν. οὕτω καὶ εὐαγὴς καὶ ἐπιεικὴς ἱερεὺς τοῖς θεσμοῖς τὸν φόβον μίξας, καὶ τῇ ἀρχῇ τὴν ἐπιείκειαν κεράσας, πᾶσαν κακίας μελέτην τό γε ἧκον εἰς αὐτὸν τρέπεται τῶν ὑπηκόων. τὸ μὲν λόγοις εἶκον, λόγοις θεραπεύων. τὸ δ' ἀνήκοον τῷ διὰ τῶν θεσμῶν σωφρονισμῷ, εἰς τὸ μηκέτι ἁμαρτάνειν χειραγωγῶν.

Ζωσίμῳ πρεσβυτέρῳ. σξα.

Εἰ καὶ τοὺς ἀνθρώπους οὐκ ἐρυθριᾷς, οὐδὲ ὑπολήψεως ἀντιποιῇ, κἂν τὴν παρὰ τοῦ θείου τοῖς τοιούτοις τολμήμασιν ἑπομένην φοβήθητι δίκην. εἰ γὰρ καὶ αὐτίκα δὴ μάλα μακροθυμεῖ, εἰς μετάνοιαν καλοῦσα. ἀλλὰ μικρὸν ὕστερον, πικρότερον μετελεύσεται. τοὺς μηδὲ τὴν τοσαύτην φιλανθρωπίαν αἰδεσθέντας. πολλοὶ μὲν οὖν κἀνταῦθα τὴν ἀήττητον οὐ διαπεφεύγασι χεῖρα, ἀλλ' ὑπὸ τοιούτων κατελήφθησαν

συμ-